



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Inimicitiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

stico subvenitur per in integrum restitutionem. Primò, quando non potuit consulere peritiores. Alex. in consil. 14. in fin. in 2. volum. Maran. 6. par. de appellat. nu. 91.

Secundò, quando securus est consilium indocti Doctoris, facit aliquid contra jus, Foller. in addit. ad Maran. loc. cit. nu. 91. & hoc non solum in litibus, & causis, sed in contractibus, quia ex justa credulitate, vel ignorantia causatur bona fides, evitatur commissum, Guid. Pap. decis. 24. num. 2. & error juris excusat minores, fœminas, milites, & similes personas, Abb. in cap. his, qui, nu. 12. de solutio.

Tertiò, ignorantia, juris intricati, seu abstracti æquiparatur ignorantia facti. Butrius in c. cum dilect. de consuet. Capyc. decis. 69. num. 24. & hoc etiam facit pro ignorantia eorum, quæ continentur in Extravagantibus Bullis summorum Pontificum, Pragmaticis, & bannis, quæ probabile est ignorari, c. pastoralis, de fide instrum. & quia memoria hominis est labilis, & hoc maxime in foro conscientie.

Quartò, ignorantia non facit causare, devolutionem beneficiorum, Abb. in cap. ex parte. nu. 13. de concess. præb.

Quintò, idem de subtilitate juris, de qua in specialibus non curamus, idem in cap. constitutus, numero 26. de relig. dom.

Sextò, ignorans probabiliter se suspensum, excommunicatum, vel interdictum, celebrans non incurrit irregularitatem, nec requiritur, ut sit multum etriosus in sciendo, dummodò non sit negligens, l. nec supina, ff. de iur. & fact.

igno. cap. Apostolica, de cler. excommunic. celeb.

INIMICITIÆ.

Primò, inimicitia capitales, quæ dicuntur, vide text. & gloss. in l. licet, ff. de arbit. & Iser. in cap. quo tempore miles in usib. feud. & hoc potest deservire pro excusatione residentia, pro repulsa testium, pro resignatione beneficiorum, & aliis huiusmodi; vide Alex. consil. 227. & Iser. in c. de stat. & consuetud. contra, c. 30. num. 31. Peng. in Direct. Com. Doctor. & Felin. in c. repellantur, de accus. num. 3. Clar. quest. 24. ver. item quero, in fine. Primò, qui occidit. Secundo, qui conatus est occidere. Tertio, qui minatus est mortem. Quarto, ex insidiis paratis vitæ, Quintò, qui accusavit in causa capitali, ut vita, adulterio, hæresi, & aliis. Sextò, qui testificatus est in causa capitali contra aliquem. Septimò, injuriarum probatio, & alia huiusmodi.

Secundò, quando inimicitia excusant à residentia beneficii ecclesiastici, vide inferius in ver. privatio, §. 4. dub. 1.

INTERESSE.

Primò, quando debeat solito negotiari, quousque, & an debeat juris actione, vel officio Iudicis, & an viduæ relictae, vide Capyc. decis. 19. per totam, ubi habes multa pro practica, & Gram. decis. 58. numero 7. ubi habetur quando debeat pena posita in contractu ratione interesse passii, & numero 9. dicit posse iudicem interesse ex officio liquidare.

Secundò,